Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ante omnia probare, quod Comitis Maiores
Iuramentum subjectionis prestiterint, vel ex
novo pacto se ad id obligarint, Interim ab Imperio
tanquam persona Imperij manu tenebitur, /
Secundam ex qualitate rei, quod scil. non
Immediate subsit Imperio, quid a. de hac
Exceptione Camera hactenus senserit ad
longum quoque jam deductum. ideo dia huc
repetita esse volumus. ./.
Tertia ex qualitate arresti non de facto
sed cum causae cognitione arrestum Impositum
esse. Haec quoque Exceptio satis a nobis trac-
tata est, Et Comes causae cognitionem praecessisse
negat, Et sic fit dubia, Ergo ad ordina-
rium remittenda, quia hic processus tantam
ut probationes hinc inde exigi possint non
patitur moram, et sane non videtur ve-
risimile, qua prorsus nihil profertur quo
color saltem fieret tale quid ante 1. Febru:
anno 75. quo die arrestum Impositum est.
praecessisse, nec Brünlis, seu erkundnüss,
de Dato Dom 7. Junij Anno 76. Ex post
facto pot Iustificare. arrestum prohi-
bitum ante sesquannum Impositum illud